

Codice Diplomatico Longobardo I, 49

+ In nomine Domini. regnante domno nostro Liutprand uir excellentissimus rege, anno nono decimo, mense iulio, indictione tertiia decima. Cunstat nos Pinculu et Macciulu uiri honesti germanis filiis quondam Alchis hac die prona et benigna nostra uoluntatem, nullus aliquis nos suadentes neque hoccansione querentes, uindedissemus et uindedimus, tradedissemus adque tradedimus tiui Mauricciuni canauario domni nostri regi sorte de terra nostra quem auire uisi sumus de fiuuuadia in loco Arena, sicut aliis coliuerti nostri; uno caput tenente in fossa et alio in padule; prope terra Stauili. unde recipimus a te predicto Mauriccus pretium placitum et definitum auri soledos sex et tremmisse, sicut nouis bono animo in placitum cunuinet. cunstat nos in homnebus esse suppletus. in tale uero tenure promettemus nos qui supra uendituri, ut, si qualiue tempore forsitans ipsa terrola portiionem nostra in integro publicum requesierit, et ad deuisionem reuinerit cuicumque in alio homine, et nouis in alio locum ad uicem sorte redditam fuerit, si uolueris tu Mauriccus, ipsa terra nos eam tiui sine aliqua mora ipsa terra reddamus; et si minime uoluerimus tiui ipsa portiionem nostra reddere, aut si nos qui supra [Pinculus et] Macciulus aut herides nostris de ea que superius legitur tiui Mauricciuni aut ad heridebus tuis qualiue molestia generare presumpserimus, aut a qualiue homine uobis minime defensare potuerimus, cunponamus tiui pine nomine auri soledos duodeci et duo tremmissi; et nec sic ualeamus nostra dirumpi uenditione, set presentis et futuris temporibus in tua uel heridebus tuis permaneat potestatem. Quam uero uenditionis nostre cartula Roduald notario scriuere rogauimus. Actum Pisa, per indictione suprascripta; filiciter. Signum + manus Pinciuluni uiri deuoti uendituri et cunserbaturi. Signum + manus Macciuluni uiri deuoti germano eius uendituri. Signum + manus Gunduni uiri deuoti testis. Signum + manus Barbentius uir deuotus filius quondam Gunduin testis. Signum + manus Cunipert uir deuotus filius Pittuni testis. Signum + manus Ermuluni uir deuotus filius quondam Arnicausi testis. + Ego Roduald notarius hanc cartula scripsi, soledos dante uidi, et pos tradita cumpliui.